

**Applicatio**

et facti sunt quatuor circuli rotundi in hac forma. o o o o. Regina nulla arte potuit circulos euellere de manu et propter hoc in tantum verecundat atque quod licet per habuit in illa manu circos tunc ne circuli viderentur. Regina ista beate virginis erat satis deuota. et tamen tantum verecundabatur quod ex proprio filio conceperat et filium proprium occiderat quod nullo modo de hoc confiteri volebat et tunc omni quinta die ceteris peccatis erat confessio. Regina ista largas elemosinas pro amore beate virginis Marie distribuit. et ab omnibus erat dilecta quod omnibus gratiosa. Recidit una nocte quod cum ei confessor coram lecto suo flexis genibus qui quies aue maria dicebat apparuit ei beata virgo et ait. Ego sum virgo Maria habeo tibi aliqua secreta dicere. Confessor gauisus est valde et ait. Domine carissima dic seruo tuo que tibi placeant. Que ait. Regia regni istius tibi confiteor. tamen unum peccatum commisit: quod tibi non audeo pandere pre nimia verecundia. Die vero crastina veniet ad te causa confessionis dic ei ex parte mei quod elemosine sue et orationes in conspectum filii mei sunt presertim et accepte. precipio ei quod de illo peccato confiteatur quod priuata in camera sua commisit. quia filium unicum occidit: rogaui pro ea et remissum est ei peccatum si confiteri voluerit. Si vero dicens tuis noluerit acquiescere roga eam. ut circos tunc de manu sinistra deponat et in palma eius peccatum commissum non confessum videbis. si hoc noluerit circos tunc vi extrahere. his dicens beata virgo Maria euauit. **¶** Vane vero regina satis humiliter confitebatur de omnibus peccatis: excepto illo peccato. Cum autem omnia dixisset que ei placuerunt. ait confessor. Domina et filia carissima multa multa loquuntur quare

**ad amorem**

semper in manu sinistra vteris circos tunc. Rudacter mihi manum ostende si poteris videre si lateat aliquid quod deo non placeat. At illa. Domine manus mea non est sana et ideo vobis eam ostendere nolo. Ille hoc audiens per brachium eam accepit et ea inuicta circos tunc extraxit et ait. Domina noli timere beata virgo Maria que te itime diligunt tibi hoc agere precepit. Cuius vero manus apertam vidisset vidit quatuor circulos sanguineos ac rotundos. In primo circulo erant quatuor. cccc. In secundo quatuor. dddd. In tercio quatuor. mmmm. In quarto quatuor. rrrr. In circuli circulo: um ad modum sigilli erat talis superscriptio rubra continens que hic sequuntur. Item de littera c. scz. Casu cecidisti carne cecata. De d. Demoni dedisti dona donata. De m. Monstrat manifeste manus maculata. De r. Recedit rubigo regina rogata. Domina regina cum hoc vidisset ad pedes confessoris cecidit et cum lacrimis humiliter confitebatur de illo peccato commisso. accepta absolutione et prima completa post paucos dies obdormiuit in domino: de cuius morte factus est plenus magnus in ciuitate.

**Applicatio.**

**Q**uoniam. imperator iste est Ihesus xpus qui desponsauit filiam pulcherrimam. sed natura humanam quam carnem nostram assumpsit. sed propter eam in amantissimam accepit quam pater filio et spiritu sancto loquebatur dicens. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Sed deus per dolor: postquam deus noster Ihesus xpus genuit in nobis pulcherrimum filium. id est. aiam ab contagione mundatam per suam passionem et baptismum. Haec in nobis peccati est occasio quantum ad vitam eternam.